

Victoria (Vittoria), Tomás Luis de. Missarum libri duo quae partim quaternis, partim quinis, partim senis concinuntur vocibus. Roma, Alessandro Gardano | Domenico Basa. 1583. RISM V1431, VV1431.

Title:

THOMÆ LVDOVICI
A VICTORIA ABVLENSIS
MISSARVM LIBRI DVO
QVÆ PARTIM QVATERNIS. PARTIM
QVINIS. PARTIM SENIS.
CONCINVNTVR VOCIBVS.
Ad Philippum secundum Hispaniarum Regem Catholicum.
[Escutcheon of dedicatee]

ROMÆ
Ex Typographia Dominici Basæ.
M D LXXXIII.
CVM LICENTIA SVPERIORVM.

Dedication:

PHILIPPO SECVNDO HISPANIARVM | REGI CATHOLICO, THOMAS
LVDOVICVS | A VICTORIA. SALVTEM ET FELICITATEM. |

AB eo tempore, quo ex Hispania in Italiam profectus Romam veni, præter cetera præ-clara studia, in quibus aliquandiu versatus sum, multum operæ curèq. in Musica arte | confumpsi. Illud autem initio mihi propositum fuit, non vt ipsa dumtaxat cognitione contentus, in sola aurium & animi voluptate confisterem, sed vt longius progres-|sus, quantum in me effet, præsentibus, posterisq. prodeßem. Cum igitur in eo studio, ad quod ipsa | me natura tacito quodam instin̄tu impuls. Ducebat, maxime elaborassem; vt ingenij mei fru-|ctus latius pertinerent, eam potissimum partem modulis exornandam suscepi, quæ passim in Ec-|clesia catholica celebrator. Cui enim rei potius seruire Musicam decet, quam sacris laudibus im-|mortalis Dei, à quo numerous & mensura manauit? Cuius opera vniuersa ita sunt admirabiliter sua-|uiterq. disposita, vt incredibilem quamdam harmonium, concentumq. prefferant & ostendant? | Quo grauiua errare censendi sunt, & idcirco acerbius castigandi, qui artem alioqui honestissimam | ad leuandas curas, & recreandum prope necessaria oblectatione animum excogitatum, ad turpes | amores, aliasq. Res indignas decantandas cōuertunt. Quapropter, ne Dei optima maximi, à quo bo-|na cuncta procedunt, abuterer beneficio, omnes ingenij mei conatum & industrium ad res sacras | & ecclesiasticas contuli. Quo quidem in genere quantum præstiterim, aliorum volo esse iudicium. | Illud certe intelligentiū & peritorū sententia & testimonio mihi videor consecutus, vt operæ nun-|quā laborisq. Pœniteat. Et cum multa antea, quæ alacriter excepta fuisse animaduerti, composuif-|sem & excudenda curassem; volui, vt defessus, commentandi finem iam facerem, & aliquando per-|functus laboribus honesto in otio

conquiescerē, animumq. Ad diuinam, vt sacerdotem decet, con-|templationem traducerem, voli inquam, postremū hunc ingenij partum adiucere; quem non mo-|do cum ederem, verum etiam cum animo & cogitatione conciperem, vt tuę potissimum Maiestati | dicarem graues me causæ permouerunt. Nam post diuturnam peregrinationem, natale solum reui-|furus, & regiam officij gratia aditurus pr̄äsentiam, vacuus venire non debui; sed aliquod munus af̄ferre, quod & professiōni meae ordiniq. effet aptissimum, & tuę Maiestati gratissimū. Nullum ve-|ro argument ad concinendum modulandumq. Musico proponi maiue aut grauius potest, quām | sacrofanctum Missæ mysteriū, ac sacrificium. In hoc meos labors placuit terminare. Hoc opus ab | homine Hispano elaboratum cui iustius; quām Hispaniarū Regi catholico pio Deoq. Amabili, de-|bebatur? E quidem tantum principem donis longe maioribus dignissimum esse intelligo ac profi-|teor: est tamen regalis clementiæ in inferioribus & tenuioribus animū spētare, non donum. Neq. | cnim fieri potest, vt priuata liberalitas regiæ respondeat dignitati. Profēto munus hoc meū regio | Cantorum choro non indignum fore confide, tuo pr̄æfertim nomine ac patrocinio cohonestatum. | Reliquum est, vt tua Maiestas & illud ea, qua mortales omnes sibi deuincit, humanitate accipiat, & | me suæ ditionis homine, suiq. autustissimi nominis obſeruantissimum regio animo complēta-|tur, cui ego dum viuam, pro eo ac debeo, & Republicæ Christianę tempora postulant, omnia fau-|ſta & Felicia ab omnipotente Domino & Rege regum precabor. Vale, & quām diuitissime regna. |

Index:

INDEX MISSARVM

QVATVOR VOCIBVS

Quam pulchri sunt.
O quam gloriosum
Simile est Regnum cælorum
Ave Maris stella
Pro defunctis

QVINQVE VOCIBVS

Surge propera
De Beata virgine

SEX VOCIBVS

Dum Complerentur
Gaudeamus

Colophon:

ROMÆ
Apud Alexandrum Gardanum.
M D LXXXIII.

Contents:

[Missa] Quam pulchri sunt
 [Missa] O quam gloriosum
 [Missa] Simile est Regnum cælorum
 [Missa] Ave Maris stella
 [Missa] Pro defunctis
 Requiem aeternum
 Kyrie
 In memoria aeterna
 Domine Iesu Christe
 Sanctus
 Agnus Dei
 Lux æterna
 Libera me
 Requiem æternam
 [Missa] Surge propera
 [Missa] De Beata virgine
 [Missa] Dum Complerentur
 [Missa] Gaudeamus

Structure:

Single volume: A-Aii, B-Bii, C-Cii, D-Dii, E-Eii, F-Fii, G-Gii, H-Hii, I-Iii, K-Kii, L-Lii, M-Mii, N-Nvi, O-Ovi, P-Pvi, Q-Qvi, R-Rvi, S-Svi, T-Tvi, V-vi, X-Xvi, Y-Yvi, Z-Zvi, Aa-Aavi, Bb-Bbvi, Cc-Ccvi, Dd-Ddvi, Ee-Eevi, Ff-Ffvi, Gg-Ggvi, Hh-Hhvi, Ii-Iivi, Kk-Kkv. 149ff., 298pp. Dedication. Index.

Remarks:

Choirbook folio format. *Missa Simile est Regnum*, *Missa Ave Maris stella*, *Missa Surge propera*, *Missa De Beata Maria Virgine* (partially) in high clefs. Copy consulted: I-Bc (microfilm). RISM V1431. VV1431.